

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De conventiculis**

Disputatio Theologica ...

.. Posterior eaque dogmatica

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Gottesheim, Johann Ernst von  
Leonhard, Georg Friedrich**

**Argentorati, 1705**

§. 14

**urn:nbn:de:bsz:31-105820**

riari solitos, ista in praxi vel ignorasse, vel non obser-  
vasse.

§. 14.

Sed nec erga proximum, quod Christianorum est officium, ad-  
implebant: invitus erat quivis, qui sectæ huic non bene cupie-  
bat; dubitabant palam de salute beate defunctorum Ecclesiæ  
ministrorum, de qua re vid. Theses nostræ pietisticis erroribus  
oppositæ; imo eo usque quidam progrediebantur, ut ante-  
cessores suos omnes mercenarios dicerent, neglectos auditores  
quererentur; se Ecclesiæ veræ membra sola hic esse; quin &  
paucitatem salvandorum determinare quidam auderent.  
Cumque essent inopes apud nos plures, non his, sed exteris  
elemosynas mittebant; quod qua conscientia & specie cha-  
ritatis fecerint, ipsi aliquando respondebunt. Et quis inquires,  
horum tandem finis fuit? dicam ex vero: multorum propria  
gloria, studium emergendi, & ut viderentur coram homini-  
bus. Dico multorum, repeto enim quod in hac dissertatione  
monui, non esse, omnes ejusdem farina; erant enim quidam  
etiam rudes, quidam simplices, quorum quidam & ad sanam  
mentem redierunt; & ut reliqui idem faciant, ex intimo cor-  
de Dominum Jesum supplex oro: fuerunt tamen, quibus ille  
scopus erat præfixus, *ihr werdet Ehr davon haben* contra Gal.  
5, 26. Quemadmodum & de reliquis ipsi falsi sunt quidam,  
cum urceus exiit. Et certe cum dicerent quidam se clam  
agere sua, ne apparerent coram hominibus, eis tamen gestibus  
incedebant, quo facile ab aliis dignosci possent, & in hoc se  
sanctos imitatos, assererent. Sic enim in Haugianis L. C.  
Titulus quidam est, *wegen des Kopffhängens der Pietisten/ da-  
mit sich die Orthodoxie spottet. Die Ursach ist leicht zu finden/*  
*sie halten nicht viel von der wahren Buß: eine greuliche Lehre/*  
*welche so greuliche Schuler und lose Spötter des H. Geistes*  
*machet Pl. 38, 7. Hypocrita in verbis sanctus, in corde vanus, intus*  
*Nero, foris Cato, audi, nemo melius, specta, nemo pejus.* Hacten-  
us verba L. C. Haug: *judicet vero Lector æquus, in quem*  
*hæc rectius quadrent nos, an illos? & si quis conferat Christi*  
*præceptum Matt. 6, 16, 17. facile judicium veritatis hac de re*  
*formabit.*

§. 14.  
Proximus  
odio habi-  
tus.

ex studio  
gloria pro-  
pria.

§. 15.